



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

CETVR. Hoc est, impius etiãsi diu uideatur san-
tamen uel tandẽ ad sepulchrũ producetur, & pro
muni more unã cũ impiorum multitudine peribit.
enim festinare ad acerũ, unã cũ multitudine per-

DVLCERVNT EI GLEBAE &c.

Glebae torrentis sunt uoluptates, & benedictiones
carnales, itaq; impij ideo peribunt, q̃a uixerũt p̃
mi sui libidine, in abundantia benedictionis, prater
traxerunt secũ in pernitiã maiores & minores, pro-
res & posteros innumerabiles, ruunt enim multi
impietate, fœlicitate impiorũ offensi et seducti. Eccl̃
s. Quia nõ profertur cito, cõtra malos sententiã, ideo
absq; ullo timore, filij hominũ perpetrant mala &c.

Benedictione
impiorum of-
fenduntur
multi.

QVOMODO CONSOLAMINI &c.

Id est, uana est uestra õ amici consolatio, & falsi
sunt sermões uestri, propterea quod ex afflictione i-
dicatis impiũ, & ex benedictione pium, id quod lon-
gissime à prudentia spiritus abest, qui neminem ab æ-
terna facie, sed à fide & infidelitate iudicat.

CAP. XXII.

R Espõdes Eliphaz Themanites dixit.
Nunquid Deo æquiparabitur uir?
æquiparabitur ne cum ipso intelligens?
Num placeret omnipotenti, quod in-
stam

rum reputas te? profuerit ne si innocen-
tes pronunciaueris uias tuas?

Nunquid timens te arguet te? ueniet
tecum in iudicium?

An non iniquitas tua multa, & non est
finis impietatum tuarum?

Quoniam abstulisti pignus fratri tuo
sine caussa, & uestibus nudos spoliasti.

Aquis lassum non potasti, & a fameli-
colibz abstraxisti panem.

Et tyrannide terram (occupasti) & ele-
uatus uultu habitasti in ea,

Viduas dimisisti uacuas, & brachia pu-
erulorum contriuisisti.

DIVERSA LECTIO.

Pro eo quod nos legimus, Tyrannide terram occu-
pasti &c. Hebræus habet **וְאִישׁ זָרוּעַ**. Id est
לְוִי הָאֲרִיזוֹנָא פְּנִים יִשְׁבְּדוּ & uis
brachij (uel fortitudinis) sibi terram (occupat) & ele-
uatus uultu habitat in ea: pro occupasti & habitasti,
nam apud Hebræos, ut posterior numerus & tempus,
respondent priori numero & tempori, ita posterior
persona respondet priori personæ: præcessit autem se-
cunda persona in priori uersu, proinde recte, pro si-
bi, & pro habuauit, habitasti, exponitur.

ANNOT. IN HIOB

ANNOTATIO.

Argumentum huius capituli est: homo Deo cōp-
 ratas, est iniustus, proinde ut iustificetur et misericor-
 diam consequatur, agnoscere oportet peccata, peni-
 tentiā agere, & ad Deū conuerti, non autē de iusticia
 sua gloriari. Et hæc quidē pulcherrima parænesis est,
 qua Eliphaz ad resipiscentiā hortatur: sed qd ad Hio-
 bem? peccat igitur Eliphaz in hęc partē, qd' per hæc
 iniquitatis et impietatis Hiohem calumniatur, nō ali-
 ductus argumēto, quā quod uideat eū esse ad afflictum.

NUNQUID DEO COMPARABITUR

Supra dixit Hioh: Nunquid mihi cum homine que-
 rela est? quasi dixisset, cum Deo mihi cōtrouersia est,
 succumbo igitur, propterea, quod ille pro sua libidine
 nullo iure, uoluntatem suam impleat. Quod si uero
 cum Deo, ut cum homine, liceret contendere iudicio,
 omnibus manifesta sententia, notum fieret, me tanta
 mala immerito pati. Ad hæc respondet Eliphaz: num-
 quid tu superares in iudicio Deum, ut maxime liceret
 Deum in ius uocare? at nec fortis, nec sapiens, nec in-
 stus, coram Deo in iudicio constare posset, neq; enim
 stelle munde sunt in conspectu eius, quanto minus
 æquiparabitur, non dicam superabit, impius?

NUM PLACERET OMNIPOTENTI

Falso adcusat Eliphaz Hiohem, quod comparet se
 diuine iusticie, adeoq; iustū se reputet e sua propria
 iusticia

iusticia: non enim confert Hiob suam innocentiam, cum *Fideles sunt*
 Dei puritate: sed cum afflictionibus quas patitur: nec *aliena iusticia*
 iusticiam suam in se, sed in Domino, in fidei iusticia *iusti, propria*
 querit, e qua solum innocentes dicimur, in nobis sem *iusticia sunt*
 per peccatores. Itaque si ad Deum ignoscentem, per *peccatores.*

Dominum nostrum IESUM Christum respicias, in
 nocentium inuenis: qua, cum cruce & afflictione colla-
 ta, recte pronunciamus nos immerito, & sine pecca-
 ti causa adfligi. Iam uide quomodo Deo placeat, quo-
 modo displiceat, si iustos nos reputemus: placet ut re-
 putemus nos iustos fide, sed haec aliena est iusticia non
 nostra: & si sic gloriemur, non in nobis, sed in Do-
 mino gloriamur. Displicet autem uehementer, si nos ius-
 tis nostris operibus et uiribus reputemus, & impia
 gloriatio est, si in nobis, et non in Domino gloriemur.

NUMQUID TIMENS TE.

Id est, Deus iustissimus est, proinde etiam si in ius-
 nocetur, suae causae non tueret, quando nihil iniu-
 ste operetur.

AN NON INIQUITAS TUA &c.

Unde sic adusatur Eliphaz Hiobem? an quia uiderit
 eum talia mala designantem? nequaquam: longe alia fecit
 Hiob, quam quae hic narrantur, ut infra audies: qua
 legitur suspitione adusatur? non alia, quam ob crucem &
 afflictionem: quia enim adfligitur, temerario iudicio
 carnis prudentia, cum calumniatur, in proximi cha-

Carnis prudē ritatem peccasse, & pœnā meritū esse. Prima calum
nia crucem pu nia est: abstulisti pignus fratri, & nudos spolasti
tat ob pecca sibus, id quod ingens flagitiū est, Exo. 22. Si pign
ta contigisse à proximo tuo adceperis uestimentū, ante solis occo
Calumnia. sum reddas, Deut. 23. Cum repetes à proximo rem
 quam quā debet, nō ingredieris domū eius, ut pign
 auferas &c. Secunda, non potasti aquis lassum, &
 famelico panem subtraxisti, Prouer. enim 25. prae
 ptum est: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: &
 Esa. 58. Introduce egenos & uagos in domū tuam, &
 frange esurienti panem tuum. Tertia, quasi tyrannus
 nullo iure, sed mera tyrannide, alienas possessiones in
 uasisti, & uolentia occupasti: de quibus Esa. 10. dicit
 tur: Vae qui condunt leges iniquas, & scribentes in
 sticiam, scripserunt, ut opprimerent in iudicio paupe
 res. Quarta, uiduas dimisisti uacuas, & brachia pu
 pillorum contriuisisti, Dominus enim uocat se uiduarū
 uindicē, & patrem pupillorum: qui igitur per calum
 nias uiduam, aut pupillum opprimit, nō impune feri
 propterea quod in Dominum patrem et uindicem e
 rum peccet. Sed hæc flagitia, tantum abest, ut Hie
 designauerit, ut non reperitur ferē, qui maiori pietate
 & misericordia pauperes fouerit, adfluctos adiuu
 rit, egenos uagosq; curauerit.

Propterea circundant te laquei, & tet
 ruit te timore subitō.

C
 An te
 tia aqua
 An q
 deat cap
 Dices
 adrene
 Nub
 circuitu
 Nuri
 quam p
 Qui e
 fluitus e
 Dices
 faceret o
 Iple in
 consiliu
 Videl
 cens sub
 Siext
 liquias
 PRO
 id est,
 aperte, cer
 proinde m
 te circund

AN

An tenebras non uideres, & abundantia aquarum non obtegeret te?

An quod Deus excelsior caelo sit, & uideat caput stellae quod eleuatae sint?

Dices, quid nouit Deus? nūquid usque ad tenebricosum iudicaret?

Nubes absconditio eius, & non uidet, & circuitum caeli obambulat.

Nūquid semitam seculi obseruabis, quam perambulant uiri iniquitatis.

Qui exciderunt nondum suo tempore, fluuius effudit fundamentum eorum.

Dicentium Deo, recede a nobis, quid faceret omnipotens eis?

Ipse impleuit domos eorum bonis, sed consilium impiorum longe fit a me.

Videbunt iusti & latrabuntur, & innocens subannabit eos.

Si extirpabitur eleuatio eorum, & reliquias eorum deuorabit ignis.

PROPTEREA CIRCVDANT &c.

Id est, quia igitur tanta factura designasti, si non aperte, certe occulte, neque enim insons esse poteris.

Proinde merito, laquei tribulationum & adfluctionis te circundant. An tu solus, propter peccata non ues

A N N O T . I N H I O B

Tenebræ. nires puniendus? an tu tenebras non uideres? id est, supplicij non adfugereris: sunt enim tenebræ supplicia, & damnatorum desperationes, ut est in Euangelio, Mittite eum in tenebras exteriores: abundantia uero aquarum, calamitatum & adfuctionū copia est, iuxta communem scripturæ morem, quo aqua a mare pro adfuctionibus sumuntur.

A N Q V O D D E V S E X C E L S I O R

Impij, propterea quod Deus in caelis habitare dicatur, & in abscondito, existimant eum homines negligere, aut in abscondita cordiū non penetrare, imaginantes eum in caelis sua agere, ceterum sinere hæc inferiora, pro sua fortuna & libidine labi, Ezech. s.

Deus occulta iudicat. Vides quæ seniores Israël faciūt in tenebris, in abscondito cubilis sui? dicunt enim non uidet nos Deus, dereliquit Dominus terram. Eiusdem impietatis aduersatur Hiob, perinde ac celaret occulte suam impietatem, & negaret Deum abscondita iudicare, quando eleuatio sit caelis, & habitet in absconsione nubium, ac in caeli ambitu occupatus sit, ut præ negotijs caelestibus non liceat ei, hæc inferiora curare: at Hiob hoc ipsum, nunquā in animū induxit, nā ut maxime in iudicio mortis importunius in Deū inuehatur, nunquā iam prouidentiam & curam eius antea negauerat.

N V N Q V I D S E M I T A M S E C .

Semita seculi, hoc loco, dicitur communis hominum consuetudo

consuetudo, communes mores uulgi. Sant autē hi uul-
 gi mores, quod ferē unusquisq; neglecto Deo et Ver-
 bo suo, in negotia huius mundi, pro sua libidine ruat:
 adeoq; sic uiuitur, quasi deus nō curet mortalia: quid
 uigetur: num omnia Dei operationi committēda sunt,
 et nobis otiose sedendum? Respondeo. Est apud Græ-
 cos prouerbiū ἀργὸν καὶ βραδέως, idest festina tar-
 de, quod ad hanc rem explicandam, non incommodē
 uidetur, si ueritas, βραδύτη ἀργύδων id est tar-
 da festinans, sic enim cessandum est, perinde ac nobis
 nihil esset operandum, cum Deus omnia curet ac o-
 peretur: et contra, sic festinandum et curandum est
 quasi soli nos curaremus, et operaremur, sumus
 enim actionum Dei instrumēta: iam instrumenta per-
 se occidunt: at manus artificis arrepta et ducta, festi-
 nante exequūtur quodcumq; artifice placuerit. itaq;
 primum opus erit, ut tardemus, hoc est, ut nihil no-
 stris uiribus tentemus, sed manum, pedem, linguam,
 rationem, uoluntatem, adeoq; omnia nostra Deo resi-
 guamus. Deum festinandum erit et diligenter, quod
 Domini spiritus docuerit, exequendum. Porro Elia-
 phas rursus Eliobis impietate adcurat, quasi existi-
 maret, Deum mortalia non curare: nunquid et tu, inquē-
 ras, quemadmodum uiri iniqui solent, Domini pro-
 uidentiam negas? hęc enim seculi semita est, sic uul-
 gus sentit, an et tu uulgi opinionē sequeris? ita enim

ANNO T. IN HIOB

uideor mihi uidere, ex eo q̄ te iustū reputer: nam q̄
aliud ex hoc conijcerē, q̄ quod nō credas deū occulta
tua peccata iudicare? Proinde nec curare hūana.

Fiducia huma
na confun de-
tur.

QVI EXCIDERVNT NONDVM

Pergit Eliphaz in recensendo impiorū iudicio, inter
quos numerat Hiobem: impij, dicens, pollicentur sibi
propter foelicem suarum rerum condutionem, perpe-
tuam securitatem: sed ecce, pereunt immaturi: et flui-
us, id est, afflictionū inundatio, subuertit fundamentū
eorum, id est prosperum statum, & securam eorum
presumptionem. Hoc enim confidentie carnalis iudi-
cium est, quod subita tempestate, ac fluuio diuini iu-
dicij insperato, subuertatur. Ita legis accidisse iudaeis,
Aegypto confidentibus, & Verbū Domini, quod in
bello auxilium Dei promittebat, contemnentibus.

QVID FACERET OMNIPOT

Impij enim, quoniam habent domum, benedictione
Domini impletam, cogitant, quid prodesse possit di-
uinum auxilium, hoc est, contemunt, negligunt, nō
requirunt Deum, ut enim sanus parū curat, de sanie-
tate differentem: ita, sua opiniōe diuites, ac bonis om-
nibus impleti, non curant Euangelia, non requirunt
promissiones diuinas: nam cum saturi sunt, dicunt, in
corde, quid posset nos deus iuuare? auxilio eius non
egemus. Porro, cum impij omnia dona, & omnē be-
nedictionem possideant, hoc tamen eis deest, quod
in ben-

in benedictione non animaduertant fide, Deum benedicientem: rursus, cum pij carcant fere omnibus donis & benedictionibus, habent tamen per fidem, Deum benedicientem, omnium donorum thesaurum.

Dona Dei impii & pij aliter habent.

SED CONSILIVM IMPIORVM.

Hoc est, impij fastidiunt misericordiam Dei, nec confitentur impia eorum facta Deo: proinde absit à me confitium eorum, ut primum impie agant: dein, impietatem abscondant, ac Deum iniusticie adculent: praeterea absit à me, ut eorum causam, iustificem, quando eadem saturitas eorum, breui in summam inopiã & felicitas eorum, in extremam miseriam uertetur.

VIDEBUNT IVSTI, ET LAETAB. &c.

Hoc est, ideo ab omnino impiorum felicitate, quia ridiculo erunt omnibus iustis, Esa. ult. Erunt ad faciem terrae in fisionis omni carni, Psal. 106. Videbunt recti & letabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum.

SI NON EXTIRPABITVR, &c.

Curantis est, ut in Psal. Si David mentiar, & est sceleris: supbia impiorum, uere humiliabitur, & qcquid reliquum fuerit, ab eis deuorabitur iudicij diuini igne.

Acquiesce obsecro cum ipso, & pacem habeto, ex illis prouetus tibi optimus erit.

Accipe obsecro ab ore eius legem, & pone uerba eius in cor tuum.

ANNOT. IN HIOB

Si conuersus fueris ad omnipotentem
ædificaberis, si longe abieceris iniquita-
tem a tabernaculo tuo.

Reponet pro puluere aurum, & pro pe-
tra torrentes auri.

Et erit omnipotens fortalicium tuum,
& argentum fortitudines tuæ.

Tunc in omnipotente delectaberis, &
eleuabis ad Deum faciem tuam.

Rogabis eum & exaudiet te, & uota
tua reddes.

Si decreueris sententiã, promouebit,
& in uis tuis splendet lumen.

Quoniam qui humiliati fuerint, mag-
nificabuntur corpore, & humiliatio ocu-
lorum saluabitur.

Liberabitur uæ innocentis, & liberabi-
tur propter mundiciã manuũ suarũ.

DIVERSA LECTIO.

Pro eo quod nos legimus, erit omnipotens fortali-
um tuum, Hebræus habet **וְיָהּ שָׂרִי בְּצָרֶיךָ**
quod nunc etiam sic interpretari potest, erit potens
fortitudo tibi, id est, ingens auri copia, quia mox se-
quitur de argento, **וְשֵׁב** autem communiter, omnia
potentem significat.

Adquiesce

ADQUIESCE OBSEURO CVM &c.

Quia Eliphaz existimabat, sufficienter probatã esse Hiobis impietatem, ideo nũc admonet, ut resipiscat & agnoscat peccatum suũ: sola enim resipiscẽtia & peccati agnitio, e fide ueniens, pacificat cõscientiam. Roma. 5. Iustificati ex fide, pacẽ habemus &c. non enim iustificat opera, non excusationes in peccatis, quæ magis perturbant, & quanto plus te apud ipsum excusaueris, tanto plus apud Deum adusas: quod si autem acquieueris cum Deo, id est, agnoueris peccata tua, prouentus tibi optimus erit, & nihil nõ honorum à Deo impetrabis.

Agnoscentia peccata, non excusanda coram Deo.

ACCIPE OBSEURO AB ORE &c.

Non sufficit audire legem, nisi & in cor ponatur: cor lapideum est, non carneum, ut inscribi possit, quod igitur faciendum? cor fit carneũ fide, qua lex inscribitur, ut Paul. ait: per fidem stabilimus legem. Item si legem posueris in cor tuum, & cõuersus fueris ad omnipotentem (id est, si credideris) tunc adificaberis et benediceris: reponetur pro puluere, aurũ: pro uili, preciosum: pro fluuijs, arenam trahentibus, torrentes, aureis lapillis impleti: erit omnipotens asyllum & fortalicium tuũ, & copiã argenti possidebis, hoc est, undequaq; benedictus eris in domo, in agro, in horreo, benedictus erit bos tuus &c. ut est in Deut. & Leuit. Præterea, si conuersus fueris ad

ANNO. IN HIOB

dominū, gaudio spiritus sancti in domino impleberis, habebis fiduciā rogādi & petēdi, & ipse dabit petitionē cordis tui, uerba tua nō erūt uana, q̄cquid dixeris, p̄mouebit, adeoq; oīa tua studia, sc̄elicia erunt.

QVONIAM QVI HVMILIATI &c.

Quod aliās dicitur: qui se humiliat, exaltabitur, et Dominus erigit elisos, et de stercore erigit pauperes.

LIBERABITVR VAE INNOCENTIS.

Id est, innocens, liberabitur ab adflictione, propter puritatem animæ suæ. Bene omnia dicta sunt, sed ab Eliphaz carnaliter intellecta: nam prudentia carnis, existimat benedictionem extrinsecus, in hoc seculo, pijs contingere, impijs uero maledictionem: sed ueritas docet, benedictionem pijs in hoc seculo, sub maledictione, uitam, sub morte, salutem, sub damnatione: e contra, impijs sub benedictione, maledictione, sub uita, mortem, sub salute, damnationem contingere.

CAP. XXIII.

Respondens Hiob, dixit. Adhuc hodie amara est quærlatio mea, manus mea grauata est in gemitu meo.

Quis dabit ut sciam, ubi inueniam eū, & accedam usque ad solium eius?

Vt disponam coram ipso iudicium, &

os meum